



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 19. Capitalis inimicitia inter utrumque Hæresiarcham.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

pulis foveat, eorumque Ducibus ad periculosa omnino consilia viam aperiat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1524.

§. XIX.

*Capitalis inimicitia inter utrumque
Hæresiarcham.*

Tumultuantibus rusticis sese junxerunt Anabaptistæ, ac Sacrilega prorsus agitarunt consilia de suscitanda manifesta seditione, quæ etiam anno sequenti in apertas flammæ erupit. His suffragabatur Carolstadius: id saltem Lutherus ei crimini dabat, nec ulli dubium est, eum arcta cum illis amicitia junctum fuisse. Suscitabantur exinde Orlamundæ ingentes omnino tumultus, ad quos in tempore sedandos, ab Electore Saxonico missus est ipse Lutherus, qui Jenam pertransiens pro more suo adversus Carolstadium acri admodum sermone declamabat, ac suppresso quidem illius nomine assererat, quod Sacramento- rum ac Imaginum everfores Münzeri Anabaptistarum Coriphæi Spiritu regerentur. Mox Carolstadius, qui sermone intererat, e templo exiens, Lutherum adibat, eique asserti sui temeritatem graviter exprobat, palam professus, quod ipse nec cum Münzero consuetudine junctus esset, nec seditionis causa existeret, minus vero illius Auctorem,

*Luther. t. 2.
Edit. Jen.
447.
Calixt. Jus
num. 49.
Hospinian.
Sac. part.
2. ad annum
1524. fol. 328*

Sæcul. XVI.
A.C. 1524.

ctorem, vel ejus consilia atque doctrinam probaret; ut vero rebellionis culpam in Lutherum retorqueret, eum sic alloquebatur: ejusmodi probrum optimo jure in te refundi potest, de cetero mihi haud toleranda videtur tua de præsentia reali opinio, eo quod iis, quæ de Sacramentis dixisti, palam advertebatur, præterea tu talia enuntiaisti, quæ potius commentitio, quam vero pro nobis Crucifixo Christo Domino convenirent, idque palam probabo, si vero erroris convincar, meam mutare sententiam, paratus ero.

§. XX.

Carolstadius a Luthero ad edendum adversus se librum provocatus.

Hospin. l. c.
fol. 32.

Lutherus, ut adversus se calamum arriperet, Carolstadium per summam arrogantiam provocabat, brevique accerrima utrinque disceptatio accendebatur. Lutherus insuper ex marsupio suo aureum extraxit, quem Carolstadio daturum se promisit, si contra eum scribere auderet: „Accipe, ajebat Lutherus, hunc aureum, & quantum va-
„les, adversus me calamum tuum accue; „ Conditionem acceptat Carolstadius, acceptumque aureum sacco suo imponit, adstantes allocutus: „ Fratres
„ mei,